

6^{de} Zondag na Driekoningen.

Introitus

Adorate Deum omnis Angeli ejus: audivit et laetata est Sion: et exsultaverunt filiae Judae. Dominus regnavit exsultet terra: laentur insulae multae. Gloria Patri...

Aanbidt God, gij al zijn engelen; Sion hoorde het en verheugde zich; en Juda's dochters jubelden. De Heer regeert, de aarde juicht, dat zich vele eilanden verheugen. Eer aan de Vader... (Ps 96, 7-8, 1)

Collecta

Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut semper rationabilia meditantibus quae tibi sunt placita et dictis exsequamur et factis. Per Dominum nostrum...

Wij smeken U almachtige God, verleen dat wij steeds ons geestelijk goed zouden betrachten en wat U welgevallig is volbrengen in woord en daad. Door onze Heer Jezus Christus

Epistel

Fratres, Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione memores operis fidei vestrae et laboris, et caritatis et sustentiae spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum et Patrem nostrum: scientes fratres dilecti a Deo, electionem vestram: quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in virtute et in Spiritu Sancto, et in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facietestis et Domini excipientes verbum in tribulatione multa cum gaudio Spiritus Sancti: ita ut facit sitis forma omnibus credentibus in Macedonia et in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solum in Macedonia et in Achaia sed et in omni loco fides vestra quae est ad Deum profecta est, ita ut non sit nobis necesse quidquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: et quomodo conversi estis ad Deum a simulacris servire Deo vivo et vero et exspectare Filium ejus de caelis (quem suscitavit ex mortuis) Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura

Broeders, wij brengen altijd dank aan God om uwentwil, en zonder ophouden blijven wij U indachtig in ons gebed, want wij herinneren ons uw werken van geloof, uw arbeid en liefde en uw volhardend vertrouwen op onze Heer Jezus Christus, voor het oog van God onze Vader. Immers broeders van God, bemind, wij weten dat gij zijt uitverkoren want onze prediking is tot U gekomen, niet alleen met woorden maar ook met de kracht en met de heilige Geest en met de volle overtuiging: Gij weet immers hoe ons optreden bij U geweest is, om uwentwil. En gij zijt navolgers geworden van ons en van de Heer; gij hebt de prediking aangenomen onder veel verdrukkingen, maar met vreugde van de heilige Geest; en zo zijt gij een voorbeeld geworden voor alle gelovigen in Macedonie en Achaia. Want van U uit is het woord van de Heer verder verspreid, niet alleen in Macedonie en in Achaia; maar overal is uw geloof in God bekend geworden, zodat wij geen woord meer daarover hoeven te spreken. Zij zelf immers verhalen van ons, hoe wij bij U hebben gewerkt, en hoe gij tot God bent bekeerd van de afgoderij om voortaan de levende en waarachtige God te dienen en zijn Zoon uit de hemel te verwachten, die Hij uit de doden heeft opgewekt: Jezus, die ons ontrukkt heeft aan de toorn die eens zal komen. (Thess 1,2-10)

Graduale

Timebunt gentes nomen tuum, Domine

De heidenen zullen uw naam vrezen, o Heer en

et omnes reges terrae gloriam tuam. Quoniam aedificavit Dominus Sion et videtur in majestate sua

alle koningen der aarde uw heerlijkheid. Want de Heer heeft Sion opgebouwd en zal in zijn heerlijkheid worden aanschouwd. (Ps 101, 16-17)

Alleluja

Alleluja, Alleluja. Dominus regnavit, exsultet terra: laetatur in sulae multae. Alleluja.

Alleluja, Alleluja, De Heer regeert, de aarde juiche; dat zich de vele eilanden verheugen. Alleluja (Ps 96,1)

Evangelie

In illo tempore: Dixit Jesus turbis parabolam hanc: simile est regnum caelorum grano sinapis quod accipiens homo seminavit in agro suo; quod minime quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit majus est omnibus oleribus et fit arbor, ita ut volucres caeli veniant et habitent in ramis ejus. Aliam parabolam locutus est eis: simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: et sine parabolis non loquitur eis: ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi.

In die tijd hield Jezus de menigte deze gelijkenis voor. Het rijk der hemelen lijkt op een mostertzaadje, dat iemand in zijn akker gaat zaaien. Het is wel het kleinste zaadje van alle zaden, maar als het is opgeschoten, is het groter dan alle andere moeskruiden; en wordt het een boom waar de vogels van de hemel komen nestelen in zijn takken. Nog een andere gelijkenis hield Hij hun voor: het rijk der hemelen lijkt op zuurdeeg dat door een vrouw wordt gebruikt en vermengd wordt onder drie maten meel, totdat dit in zijn geheel is gegist. Dit alles sprak Jezus tot de menigte in gelijkenissen en zonder deze sprak Hij niet tot hen. Zo werd vervuld wat door de profeet voorgezegd was: ik zal mijn mond openen in gelijkenissen en openbaren wat verborgen was, vanaf de grondvesting van de wereld. (Matt 13,31-35)

Offertorium

Dextera Domini fecit virtutem, Dextera Domini exaltavit me: non moriar sed vivam et narrabo opera Domini.

De rechterhand van de Heer deed wonderen de rechterhand van de Heer hief mij omhoog; ik zal niet sterven maar blijven leven en de werken van de Heer verkondigen. (Ps 117, 16- 17)

Secreta

Haec nos oblatio Deus, mundet, Quaesumus, et renovet, gubernet et protegat. Per Dominum nostrum...

Moge ons dit offer o God, reinigen en vernieuwen, geleiden en beschermen. Door onze Heer...

Communio

Mirabantur omnes de his quae procedebant de ore Dei.

Allen verwonderden zich over de woorden die er vloeiden uit de mond van God. (Luc 4,22)

Postcommunio

Caelestibus Domine pasti deliciis: quaesumus; ut semper eadem per quae veraciter vivimus appetamus. Per Dominum Jesum Christum Fillium tuum...

Door uw hemels vreugdemaal verzadigd, smeken wij U Heer, laat ons steeds hongeren naar hetgeen ons waarlijk leven doet. Door onze Heer Jezus...

Vertaling: E.H. H. van der Vegt (pr)